Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26086
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Cratq; percutiens caput in terram dicens. Subuenite
mi martyres xpi. ut qd me tormentis atrocibus
subditis. aut qd igne ministratis. Ardeo. crutiorq;
uehementer. Tunc iusserunt ei martyres xpi dicen
tes. Perge ingredere urbe. & ostende adriano qd
patiaris. aut quales deos uenerant adoras. l que
sit pena eorum. Statimq; per gens uociferando ibat. quo
usq; ad nequam principem peruenirent. ita ut metuens
adrianus tremens fieret. Tunc aurelianus ait illi.
Adtende adriane qd patior ppter dos quos uenera
mur nefandos. Audiens hec adrianus. & intu
ens que tigerunt aureliano in doluit ualde. iussitq;
eum diligentissime custodiri adhibens curam. Al
tera autem die misit adrianu calimerum. ad beatum
faustinum & iouitam. ut compelleret eos ingredi ci
uitatem. Moxq; abiit calimerus. ad beatos marty
res. dicens. Cito properate. ingredimini urbe ut
signa & prodigia in pplo faciatis. qui adhuc dm
ignorant. forsitan conuertentur. Sci uero martyres seq
bantur calimerum. usq; dum ad palatium peruenirent
ac in adriani obtutu assisterent. Iussitq; adrianus
aurelianum deduci in conspectu martyrum. Qui cum
adductus fuisset. statim a demone correptus
est presente adriano. Cumq; cepisset uehementer ac
crudeliter uexari. Adrianus flens & orans. beatos
martyres dicit. Osecro subuenite huic comiti
nro. quia super hunc ualde doleo. Beatus enim fau
stinus dixit. Volumus adriane ut prius coram pplo